Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



testimonium illis. Cum autem venisset capharnaum accessit
ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus
iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi ihs
Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait.
Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum
dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum
sub potestate habens sub me milites. et dico huic vade. et
vadit. et alio veni. et venit. et seruo meo fac hoc et fecit.
Audiens autem ihs miratus est. et sequentibus se dixit. Amen
dico vobis non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis
quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent
cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus
et stridor dentium. et dixit ihs centurioni. Vade et sicut
credidisti fiat tibi. et sanatus est puer illa hora. ante.

Omnipotens semper deus infirmitatem ad bn. ante Cum autem
descendisset ihs de monte ecce leprosus veniens adorabat eum dicens.
domine si vis potes me mundare. et extendens manum tetigit eum di-
cens volo mundare. ad mag. a Ecce puer meus iacet paral-
ytus in domo. et male torquetur. amen dico tibi ego veniam et curabo eum.

Si mortui sumus cum xpo. fit. ij. lcd prima.
Credimus quia sil et cum uiuemus cum ipso. scientes quia xs re-
surgens a mortuis iam non moritur. mors illi ultra non domi-
nabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel.
Quod autem uiuit uiuit deo. responsoria que dicta sunt per
pendente septuagesima dicantur et inuitatorium et in aliis usque
ad septuagesimam quelibet die suo. L cd. ij.
Vos ergo existimate uos mortuos. mortuos quidem
peccato. uiuentes autem deo in xo ihu. Non ergo regnet pec-